



PRÆFATIO

Ad

BENEVOLUM LECTOREM.

Excitat non Auditor solum, quod vulgo dicunt, sed
 Lector etiam studium; ille quidem uberioris ac studio-
 sius explicandi tradenda ac demonstranda, traditisq;
 ac demonstratis nova subinde majore cum fructu
 voluptateq; dissentium superaddendi; hic autem, in-
 tra privatos parietes domiq; natos informationis fidelis foetus pu-
 blicæ luci exponendi, cuivis, qui è re sua id æstimaverit, arbitratu-
 su tollendos. Utroq; sanè modo nostrum excitârunt studium Au-
 ditores Lectoresq; nostri, adeò quidem, ut istorum industria &
 rum pulchrarum cognoscendarum augescens ardor experimen-
 rum ac tentaminum nova quoq; pareret augmenta; horum autem
 & quissimum de primùm publicatis judicium animos adderet etiam
 posteriores illos conatus nostros tanto confidentius evulgandi.
 Posteaquam enim ante hos annos circiter duodecim viginti sele-
 tiorum Ingeniorum laudabile sciendi desiderium Experimentalis
 Collegii primùm aperiundi occasionem nobis præbuisset exopta-
 tissimam, eorum vestigia prementes deinceps alii complures,
 post septuagesimum quinto nonoq;, post octogesimum primo, tertio
 & qui nunc imminet fini suo, quarto, annis subsequentibus, pari
 studio & plerumq; etiam frequentiâ effecerunt, ut iterata singulis
):():(2 vicibus